



Benevolo Lectori. S.

INter omnes vitæ com-
munitati necessarias di-
sciplinas, Lector, prin-
cipem sibi locum ven-
dicat Politica, cuius pars non mi-
nima est, de concilio & consili-
ariis; item quæ de legatis & lega-
tionibus tractat. Quamquam
enim consilium res sacra est, ut ha-
bet proverbium, & magna regum
ac principum negocia rectè tra-
ctasse, magnæ sapientiæ & propè
divini ingenii est: tamen sensus,
ex perientia, historia, inductio, re-
liquarum ut sunt artium funda-
menta, multum etiam huic rei
præclarissimæ conferunt, ut quæ
eventus, quæ judicia præstantis-
simorum probant vel improbāt,
cognoscamus plenè, ut fugienda
decli-